

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

quibus urbs ita referta est, ut non male Germaniae decus nominari posse videatur. Quæ omnia persequeret copiosius, nisi metuerem, ne in volumen epistola excurreret. Hospitium nauctus sum apud nobilissimum Dominum Antonium Hoermannum, avum unius ex meis discipulis. Ubi humanitatem atq; benevolentiam singularem experior. Large omnia mihi pollicentur ii, quibus à Domino Lobbetio commendatus fui. Reliqua etiam ad voluntatem fluunt, ut sumas gratias agam Domino Doctori, qui me domi ad focum delitescentem aliquando extruserit. Quod ad conditionem meam attinet, tam benevolos & faventes mihi Dominos Hoermannos animadverto, ut recusare non possim, quin volens recipiam curam & onus trium discipulorum ingenuorum adolescentium, stipendum annum est 60. florenorum. Parentes constituerunt eos quamprimum in Italiam ablegare. Quamvis conditio altera, quæ mihi à Nobilissimo Dn. Zacharia Geitzkoflero oblata erat, potius acceptandâ fuisset. Nam unicus filius Domini Relingeri pro stipendio annuo ad minimum dedisset 100. taleros, ut ex Dn. Geitzkoflero intelligere potui: tamen cum animadvertere facile potuerim, Dominum Lobbetium imprimis cupere, ut Domino Hoermanno inserviam, nolui hac in parte ipsi refragari: spero euidem me & honorem & fructum qualecumque inde consecuturum. Literas, quas mihi discedenti dedisti, ad Clariss. & Nobiliss. Dn. Lucam Geitzkoflerum, lubens tradidisse, sed cum cognoscerem, eum Pragæ esse apud Imperatorem, nec tam citò reversurum, Dominus Hoermannus sua gratia eas Pragam misit ad Dominum Auzel, Secretarium Regis Galliarum, ita ut non sollicitus esse debeat, quin certo illas acceperit. Optime vale & feliciter vive, patrone plurimum colende. Augusta Vindelicorum, 7. Idus Septembr. Ao. 90.

T. Subiectis.

Alexander Lingelshemius.

A pag. 813. hucusque, manu Roberti Robertini descripta sunt  
omnia ex autographis, quæ nobiliss. Dn. Melchior Sebiziū,  
Med. Doct. & Prof. Acad. mecum communicavit,  
anno 1629. mense Januario.

LXXXVII.

S. à DEO Patre, per Iesum Christum.

Civis ille vester, qui hasce literas ad te allaturus est, ut spero, in eo vico & na-

tus est, & educatus, in quo nunc ego, DEI beneficio, Ministrum Ecclesie

D. N.

Yyyyy 2

D. N. J. Ch. ago. Existimavi igitur, me grande admisurum peccatum esse, si, ipso ad vos redeunte, scribendi occasionem ad te, è manibus elabi sinerem, & officium tui salutandi per literas, prætermitterem. Precor autem tibi, mi amabilis Erafine, Compater & amice exoptatissime, felicissima quæque toto animo, & sincero affectu: precor eadem parenti tuo optimo, doctissimoque, & præclarè de multis merito Seni, qui nunc veneranda canicie conspiens est: precor denique amplissimæ Matronæ matri tua, verè lecta & piæ mulieri. Etsi à vobis absum corpore, mediocri loci intervallo, tamen sèpè vobiscum sum animo & cogitatione, ac veteris disciplina recordor, quæ jamolim, cùm yester in paternis ædibus pædagogus essem, nobis observabatur. Debebamus forsitan utrique, crebrioribus missis utrinque literis, veterem amicitiam restari & alere. Sed ego nunc ruri dego, & desunt ut plurimum occasiones scribendi, nisi ab amicis provocer & urgari. Non desunt quidem mihi, nec haec tenus defuere rationes in urbe visitandi, sed hoc tempore adhuc ager artideat præ utbe. DEUS dabit imposterum cætera, cujus in manu sunt omnia, & à cuius æterna providentia promanant omnia.

De Philippo, fratre tuo parum audio, sunt, qui mirantur, enim à Dn. Patente non revocari in patriam tam nobilem & præclaram, ut & patria ejus frui egregia doctrina & virtute posset, & pater in senectute ad utrumque suffulciendum brachium, haberet baculum, te videlicet alterum, & alterum, Philippum. D. D. Pappum ad eminentiora evolasse, & in majorem, quam vel ego, vel multi ali, dignitatis gradum, fastigiumque constitutum esse, equidem non invideo, sed potius gaudeo & gratulor. Gaudeo inquam, & gratulor, meos paucorum mensium discipulos (pace tamen & bona venia eorum dixero) ea uti prosperitate, ut velis remisque secundis ita navigent. Sed miror, qui factum sit, ut aliquot diebus vel mensibus, nisi fallor, superiорibus annis hæserit Basileæ, & gradum assumpsit, nec me unquam vel ipse accesserit, vel salutaverit, aut ad solennem promotionem dignatus sit invitare. Etsi enim nullus mihi ipse concius sim in ipsum offenditionis, aut peccati commissi, & possim eo nomine securè in utramvis dormire aurem, tamen id me primum subinonderat. Amicos enim malo, quæ non amicos, tales homines, qualis D. Pappus est: & auctis Æris, sicut etiam à multis aliis, meritò habetur. Ego tunc demum rescivi, ipsum Basileæ fuisse, & gradum assumpsisse, cum ille jamiam abiisset, & Argentum redisset, aliamq[ue] mea culpa non factum esset, ut neuter alterum convenisset. Sed dabo hac casu alicui, & oblivioni, non industria, aut deliberationi, atque consilio. De quibus cum ipso paucula per risum, data occasione conferes, ut norit, se habere, qui plus nunc in altum elati mores & studia obseruent, & salutabis ipsum meo nomine, quoties placuerit. Effundo apud te animum meum, rogo boni consilias, atque te: amorem etiam Pappum, & ab utroque cupio amari, & mihi tacitus atrideo, gratulorque obales amicos, quorum fidem in necessitate possem implorare, & ut spero, non patenter repulsam, si implorarem.

Matr.

Matri tua dices ex me plurimum salutis, & Dn. Patri, de quo mihi audeo ingenuè & liberè quidvis honestorum officiorum polliceri, si ejus consilio & opera accideret me opus habere. De meis studiis nihil attinet scribere, spero futurum, ut consumpti temporis reddatur aliquando ratio: sed typographiæ usus nunc est difficilis, ego tamen à labore non desisto: in quo nunc totum consummo quinquennium succisi Vishoris. Pestis Basileæ clementer agit adhuc, parcit videlicet Academiæ & Ecclesiæ proceribus, & studiosis. Nullus enim adhuc obiit Professor, Minister, aut studiosus. Nullus etiam magni nominis Civis in utroque sexu. Ancillæ, famuli, artifices, & infantes ultra 700. dicuntur mortui. Jesuitarum secta dicitur nidificare velle Ensisheimia Civitate, non procul à Basilea, ad 5. milliaria: idque permisso ac jussu Ferdinandi, Archiducis Austriæ, qui rerum in ea potitur. Erunt, si Diis placet, grati nobis vicini. Cætera apud nos salva sunt omnia: **GOD & wolle uns durch Christum also erhalten.** Mea familia egregiè augescit: sunt mihi tres filii: & quatuor filia, & exxi gestat uerum. Mea Maria Solome Dn. Confratrem, & fidejus-forem pro se, amanter jussit salutare & salvere. Mitto strenæ loco Basileæ descriptio- nem, nuper editam: & mitto duo exemplaria, alterum pro te, alterum pro Dn. D. Pappo. Plura non occurunt, quæ addam: & completa est jam papyrus. Salu- tabis meo nomine Dn. D. Sebaldum Hauentreuterum, amictum veterem, & Dn. Theophilum Golium, præceptorem. Dn. Flinnerum, senem verè pium & huma- num. Sed scribam Caspari Zickelio, Populari meo, & cætera ei officia, meo no- mine expedienda, commendabo. Bincemiam ad Canderam, 12. Calend. Februarii, anno redditæ salutis, 1577.

*Tuus ex animo, ut suus,*

### Paulus Cherlerus Elsterb.

Minister Verbi divini apud Prince-  
menses.



LXXXIIX.

S. P.

**N**arro tibi, reverende mi D. Grinere, me ita recenti molestia urgeri, ita magnitudine doloris, quem ex morte Ulrici Marbachii incredibilem ceperam, animum meum æstuare, ut neque manus ad scribendum, neque mens ad cogitandum, rectè ullo pacto consistere possit. Angebar, mi optime

Yyyyy 3

Gri-